Crucifixi *imago* in Altari, quam Sacrum peragitur, laudabiliter apponitur, etiam si Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum ibi publice sit expositum. *ib.* col. 2.

CRUX super Altari, in quo Missa celebratur, exponenda, non nuda, sed cum imagine Crucifixi esse debet. *ib.* p. 57. col. 1.

Ufus invaluerat collocandi Crucem parvam super Altari, ex quo opponi solebat alia minor tabula inter candelabra. *ib.*

Pontifex id reprobat, & prohibet. *ibid.* & per tot.

CRYPTÆ FERRATÆ Monasterium, Ordinis S. Basilii, a duobus SS. Monachis Bartholomæo & Nilo, sub initium sæculi undecimi fundatum fuit XXXIII. p. 134. col. 1.

In eo Ritus Græcus constanter servatus fuit. *ib.*

Cryptæ Ferratæ Abbatis controversa cum Episcopo Tusculano pendens definitur. *ibid.* pagin. 250. col. 2.

Cryptæ Ferratæ Abbas, si jus Baronale habet, impediri nequit quoad illius exercitium ab Episcopo Tusculano. *ib.* p. 126. col. 2.

Monasterio autem competit exemptio passiva ab Episcopo Tusculano. *ib.*

Ecclesia Parochialis est, illiusque cura per Presbyterum ab Abbate nominandum exerceri debet. *ib.* p. 125. col. 2.

Cryptæ Ferratæ Monasterio Territorio separati jura cum qualitate Nullius non competere statuitur, & ex quibus. *ib.* p. 126. per tot.

Monasterium ipsum cum annexis, intra Diocesis Tusculanæ fines existere non dubitatur. *ib.* 126. col. 1.

Privilegia Monasterio, ejusque Abbatibus antiquitus concessa, passivam exemptionem dumtaxat præferunt. *ib.* per tot.

Adus jurisdictionales ab Episcopo Tusculano exerciti in Territorio Cryptæ Ferratæ, destruant immemorabilem consuetudinem ab Abbate allegatam. *ib.* p. 127. col. 2.

Ideo jurisdictio Ordinaria in Territorium Cryptæ Ferratæ, ejusque Clerum, & Populum, ad Episcopum Tusculanum pertinere definitur. *ib.* per tot.

Cryptæ Ferratæ Abbatj varia Privilegia Pontifex de

novo concedit. XXXIII. pagin. 128. column. 1.

Scilicet conferendi Sacramentum Confirmationis semel in anno: approbandi Confessarios pro Sæcularibus in perpetuum: recipiendi examina testium super statu libero: judicandi causas Civiles mentæ Abbatialis &c. *ib.* col. 1. & 2.

CUJABAENSIS Prælati erigitur ex idivisione Diocesis Fluminis Januarii. XXII. p. 71. col. 1.

CULTUS Servis Dei exhibitus sine auctoritate Apostolicæ Sedis, non tamen abimmemorabili, aut centenari tempore, ex Decretis Urbani VIII sublatus fuit. XXIX. §. 5. p. 110. & seq.

Tempus centenarium, quo probatur exceptio ab hujusmodi Decretis, præcedere debet An. MDCXXXIV. *ib.* §. 8. p. 112. & seqq.

Vid. S. Luca Casalius.

Cultus immemorabilis non sufficit, ut nomina Beatorum in Martyrologio Romano inserantur. LIV. §. 12, 13. p. 121. col. 1.

A CUNCHA Cardinalis Inquisitor Generalis in Portugallia Regno laudatur. VIII. p. 26. col. 2.

CURA Animarum nemini committenda absque Ordinarii consensu, & approbatione. I. pag. 1. col. 1. 2.

Nec per Regulares independenter ab Ordinariis exercenda. V. Regulares.

CYRILLUS Antiochenus Græco-Melchitarum Patriarcha. V. Append. tom. I. num. VI. p. 285. per tot.

D

SANCTUS DAMASUS Papa V. Sanctus Hieronymus.

DAMNATI ad triduum in carceribus detineri prohibentur ultra tres dies; sed statim ad Centumcellarum Civitatem transmitti debent, expensis Baroncelli Urbis. XLVI. p. 168. col. 1.

Exceptis tribus mensibus æstivis, ratione aeris insalubris. *ib.*

DATARIA Apostolica rationes reddere non tenetur Ratiocinatori Cameræ Apostolicæ. VI. p. 20. col. 2.

Datarium V. Resignationes.

DEBITORES publici Erarii, Mauriti Imperatoris Lege, Monasteria ingredi sunt prohibiti; quod a S. Gregorio reprehensum fuit, sed postea Sanctus Pontifex sententiam mutavit. XXV. pag. 51. col. 2.

DECRETUM, quod SS. Apostolorum Principes Petrus & Paulus Urbis Romæ Patroni Principales nuncupantur. V. Append. tom. I. num. IV. pag. 283. per tot.

DEFENSOR Matrimonii. V. Matrimonii Defensor.

DEFENSOR Professionis. V. Professus.

DEFUNCTI. In die Commemorationis omnium Defunctorum in Aragonia a quolibet Sacerdote Sæculari duæ Missæ celebrantur; a Regularibus vero tres. LXX. p. 225. col. 1.

Sed nunc a Pontifice nova Constitutione conceditur indultum pro tribus Missis celebrandis tam a Sæcularibus, quam Regularibus per totam Hispaniam, & Lusitaniam, aliasque Regiones ab his dependentes. *ib.* p. 226. col. 1.

DEPOSITARIA Camera Apostolicæ quæ mandata exequi debet. VI. pag. 22. col. 1. V. Camera Apostolica.

DEVOLUTIO. V. Bona Camera.

DIES FESTI de Præcepto. V. Festi Dies.

DIMISSORIALES LITERÆ Ordinarii originis pro ordinatione Regularium non requiruntur. XXVII. p. 83. col. 1.

Dimissoriales literæ Superiorum Regularium ad alium Antistitem dirigi nequeunt, præterquam ad Ordinarium loci. *ib.* p. 111. col. 1. & 2.

Si tamen Episcopus Diocesanus extra Diocesim commoretur, vel Ordinationem confectis temporibus non sit habiturus, ad alium dirigi poterunt. *ibid.*

Sed si illis juncta non fuerit legitima attestatio de absentia Episcopi, vel quod Ordinationes non sit habiturus, pro nullis haberi statuitur. *ibid.* col. 2.

DISCIPLINA Ecclesiastica mutationes aliquas recipit; quæ si fiant auctoritate Superiorum, & iustis de causis, reprehendi non possunt. LXIII. p. 232. col. 2.

DISPENSATIONES MATRIMONIALES vel a Dataria Apostolica, vel a Penitentiaria, vel a Sanctæ Inquisitionis Officio conceduntur. LIX. p. 222. col. 2.

Dispensationes super gradibus prohibitis ad effectum contrahendi cum hæreticis, regulariter a Sancta Sede non conceduntur, nisi cum clausula: *abjurata prius hæresi*. LI. pag. 188. col. 1. & LIX. p. 233. col. 1.

Dispensationes hujusmodi exequendæ non sunt, nisi Executori constet de veritate eorum, quæ in precibus exposita fuerunt. LI. p. 188. col. 2.

Et nisi per authentica documenta constet, quod abjuratio hæresis Matrimonii celebrationem ne ipsa præcesserit. *ib.* & Const. LIX. pag. 223. col. 1.

Dispensatio, seu licentia pro contrahendo Matrimonio cum hæreticis, non adjecta abjurandæ hæresis conditione, non nisi raro, & ut plurimum favore Supremam Principum, ob publicam, & gravem causam, ab Apostolica Sede concessa reperitur. LI. p. 188. col. 2.

Et tunc plures cautelæ præscribi consueverunt, ne conjux Catholicus perverisionis periculum incurrat, neque Proles hæretici Parentis errores sequatur. *ibid.*

Dispensationum literæ ab Apostolica Sede concessæ, debent ab executoribus deputatis attente perpendi, tum quoad earum veritatem, tum quoad conditiones appositas. *ib.* p. 189. col. 2.

Item facultates dispensandi in genere concessæ, ne præscripti fines transiliantur, LIX. pag. 223. col. 2.

DISPENSANDI FACULTAS, quæ ab Apostolica Sede datur Episcopus in remotis Regionibus degentibus, non excedit tertium gradum in contrahendis. LIX. p. 222. col. 2. feqq.

In contractis vero, si agatur de hæreticis conversis, ad secundum quoque gradum pertingit. *ibid.* col. 2.

Hujusmodi facultas in usum deducta nequit cum hæreticis re ipsa non conversis, etiam si conversionis spem, aut promissionem obtendant. *ib.* pag. 223. col. 1.

Dispensationes Matrimoniales concedens vigore Indulti, & Delegationis Apostolicæ, debet delegationis mentionem facere, & Indulti tenorem in dispensatione inferere, cum expressione temporis, ad quod fuit concessum, sub pœna nullitatis. *ibid.*

DISPENSATIO SUPER ETATE ad contrahendum matrimonium, quando malitia supplet etatem, etiam ab Ordinario concedi potest. LI. p. 189. col. 1.

Et hæc non tam est dispensatio, quam declaratoria super casu, cui provisum est in jure. *ib.*

Quando autem contrahentes rationis usum habent, sed nondum copulæ apti sunt, hujusmodi Dispensatio ab Apostolica Sede dumtaxat impetrari potest. *ib.* col. 2.

Quia nemo, præter Papam, derogare potest Juri Canonico, quod requirit in contrahentibus hujusmodi adualem potentiam. *ib.*

Dispensationem pro Regularibus non conceduntur, nisi de Superiorum Regularium consensu, vel ad eorum preces. XLVII. p. 182. col. 2.

DOCTRINAM CHRISTIANAM Parochi explicare tenentur. III. p. 9. col. 2. feqq.

Doctrinæ Christianæ Archiconfraternitas in Basilica S. Petri a Paulo V. erecta sub regimine Cardinalis Vicarii Urbis. II. p. 3. col. 2.

Ecclesiæ tunc illi concessæ, sicut & alia a Clemente XII. eidem unita, nimis angustæ, & ab Urbis centro nimis distatæ erant. *ib.* p. 4. col. 1.

Item ejusdem redditus nimis tenues pro oneribus pium operum illi incumben. *ib.*

Ideo Pontifex eidem concedit Ecclesiam S. Marie de Planctu, & assignat redditus alterius Archiconfraternitatis in dicta Ecclesia existentis, quam supprimit. *ib.* p. 5. col. 1.

Cum onere adimplendi pia legata, aliaque onera. *ib.* col. 1. & 2.

Et injuncta lege erigendi Congregationem Adolescentium, qui in uberiori Catechismi explicatione exercentur. *ib.* p. 6. col. 2.

DOCTRINÆ CHRISTIANÆ Congregatio Clericorum Sæcularium a Pio V. erecta, a Gregorio XIII. in S. Agatha de Urbe constituta, & a Paulo V. & a Gregorio XV. confirmata. XLII. p. 152. col. 2.

Hanc Congregationem Pontifex invenit ad deteriorem statum redactam, absque spe majoris incrementi, ideoque eam uniendo subicit Provinciæ Romanæ Congregationis Doctrinæ Christianæ Avenionensis. *ibid.*

Nec non omnia ejus bona, & fructus dismembrat, & dictæ Congregationi Avenionensi tribuit. *ib.*

DOHANARUM Præfes quatuordecim rationes reddere tenentur. VI. p. 20. col. 1.

In S. DOMINICI in Civitate in Insula Hispaniola Collegium Societatis Jesu in publicam Universitatem Studiorum a Pontifice erigitur, & ejusdem Societatis Præpositi Generalis curæ, & regimini subijcitur. XXXVII. pag. 150. col. 1. & 2.

Ejusque Ministris, Magistris &c. cumulativa Privilegiorum aliarum Universitatum indulgetur. *ibid.* col. 2.

Nec non Rectori tribuitur facultas conferendi gradus, servata forma Decretorum Viennens. & Tridentini Conciliorum. *ib.*

Quæ tamen facultas, de consensu partium, cumulative quoque competit Priori Conventus Fratrum Prædicatorum ejusdem Civitatis. *ibid.* pag. 149. col. 2.

DOMUS. V. Congruus Jus. V. Centumcellæ.

DUBIA circa jurisdictionem Episcopi Laurentani, & Gubernatores ipsius Civitatis, & Almæ Domus, a Summo Pontifice resoluta. V. Append. tom. I. n. III. p. 276. feqq.

DURANDI opinio de Nullitate Baptismi Infantibus colati sine consensu parentum, reprobatur. XXXVIII. §. 26. p. 93. feqq.

E

ECCLESIE omnes, quæ in Diocesi reperiuntur, Episcopo subjactæ sunt. XI. pag. 155. col. 1.

Ecclesiis, & locis piis Centumcell. Pontifex indulget, ut in Suburbis ædificando, in evidentem Ecclesiæ utilitatem pecunias erogasse censentur. XXIX. p. 153. col. 1.

Ecclesia S. Marie de Planctu de Urbe conceditur Archiconfraternitati Doctrinæ Christianæ. II. pag. 4. col. 2.

EDUCANDARUM puellarum admissio in Monasterium fieri nequit sine Apostolica licentia, & Ordinariorum examine. XXVI. p. 81. col. 2.

ELECTIONIS, & confirmationis Episcoporum, locum supplet Provisio Consistorialis a Pontifice facta. XXXVI. p. 142.

ELEEMOSYNÆ a Regularibus fieri, & distribui possunt, opportunitis facultatibus obtentis. XXV. p. 81. col. 2.

ELEEMOSYNA V. Missa.

ELEEMOSYNARIUS REGIUS. V. Capellanus Major.

ELEVATIO Corporis Venerabilis Servi Dei Josephi a Matre Dei committitur Promotori fidei. LV. p. 135. V. Joseph.

EMPTIO *Segorum, Leguminum, &c.* ad exercendam super iis mercaturam fieri nequit, nisi in publicis foris. LIII. p. 191. col. 2.

Res autem ita emptæ, statim alio exportari, ibique venales proponi debent. *ib.*

EMPHYTEUSIS. V. Bona Camera Apostolica.

ENUNCIATIVE expressiones non sufficiunt ad probandam omnimodam exemptionem & jurisdictionem Ordinarii. XL. p. 159. col. 2.

EPISCOPALIS ordo, ratione ipsius Ordinis, præstat dignitati Cardinalis Presbyteri, aut Diaconi, quia multa facit Episcopus ratione Ordinis.

nis, quæ Cardinales facere non possunt. XXXVI. pag. 181.

Episcopatus cum Cardinalatus Officio incompatibilis olim censebatur, nec alii Episcopi inter Cardinales erant, præter septem prius, postea vero sex, Saburbicarij. *ib.* p. 140.

Dein tamen usus invaluit, ut etiam Cardinales Cathedralibus Ecclesiis præferrentur; idque approbatum fuit a Concilio Tridentino; dummodo ipsi Cardinales apud suas Ecclesias, residerent. *ib.*

Episcopatus non extinguatur per extinctionem Capituli. XXXV. p. 136.

Episcopatus Titulares Ecclesiarum in partibus Infidelium, laudabiliter conferuntur, ubi hujusmodi Episcoporum opera aliquam Ecclesiæ utilitatem afferat, XXXVI. p. 138. 139. seqq.

Episcopatus Titulares quando Cardinalibus conferendi sint. *ib.* p. 140.

EPISCOPI habet Assistentiam juris pro omnimoda jurisdictione, ejusque exercitio, in omnes Ecclesias, & loca sita intra fines suæ Diocesis, XXXIII. p. 127. col. 2.

Amplia, ut etiam Monachi, eorumque Monasteria, & Ecclesiæ, jurisdictioni Episcopi Diocesani subiacent, nisi de eorum exemptione constet. XL. p. 155. col. 2.

Actus jurisdictionis, etiam singularis, ab Episcopo exerciti in loco, aut territorio intra Diocesis fines constituto, totam ipsius Ordinariam jurisdictionem probant, & præservant. XXXIII. p. 127. col. 2.

Episcopus non potest in totum jus Episcopale dimittere, & propria auctoritate Ecclesiam, aut Monasterium a sua ordinaria jurisdictione immunem efficere, sed opus est Privilegio Apostolico. XL. p. 155. col. 2.

Episcopi Diocesani consensus a Romanis Pontificibus exquiri consuevit ad concedendam Monasteriis plenam exemptionem ab eorum ordinaria jurisdictione, *ib.* p. 157. col. 1. & 2.

Episcopis quanta obedientia, & reverentia debita sit ab eorum Clericis. XXV. p. 79. col. 1.

Episcopi jurisdictionem habent in Civilibus in omnes Regulares. XII. p. 25. col. 1.

Item in Regulares extra Claustra degentes omnimodam jurisdictionem habent tamquam Sedis Apostolicæ delegati. *ib.*

Episcopi in Regulares Animarum curam exercentes in Indis tam Orientalibus, quam Occidentalibus, & in eorum Ecclesiis, in his, quæ ad hujusmodi curam pertinent, legitimam jurisdictionem habent, ad formam Concilii Tridentini, & Constitut. Apostolicarum. I. pag. 2. col. 2.

Ab Episcopo Diocesano Ordines Regularibus conferri debent, prævio examine. XXVII. p. 32. per tot. XL. pag. 158. col. 2.

Nec Regulares ad aliud Episcopum recurrere possunt, nisi Diocesanus a Residentia sit absens, vel Ordinationes in temporibus non sit habiturus. XXVII. p. 32. col. 1.

Episcopi non arquantur Privilegiis Regularium de Ordinibus suscipiendis extra Tempora. *ibid.* column. 1.

Episcopi, qui Regulares contra præscripta in Decretis Concilii Tridentini, & Clementis VIII. ad Sacros Ordines promovent, incurrunt penas in jure statutas contra Ordinantes alienos Subditos absque eorum Superiorum dimissionis. *ibid.*

V. Regularis. V. Ordinatio.

Episcopi approbatio specialis requiritur pro Confessariis, tam Ordinariis, quam Extraordinariis Monialium, LVI. p. 276. col. 1.

Ad Episcopum spectat Confessariis tam Ordinarios, quam Extraordinarios deputare pro Monasteriis Monialium sibi immediate subiectis. *ib.* pag. 215. col. 2. seqq.

Item Extraordinarios deputare pro Monasteriis, quæ Regularibus subiacent, si eorum Prælati neglexerint adimplere Decretum Concilii Tridentini, de hujusmodi deputationibus, bis, aut ter in anno faciendis. *ib.* pag. col. 2.

Item pro hujusmodi Monasteriis, quibus a Prælato

Regulari semel saltem in Anno oblati non fuerit Confessarius e Clero Seculari, vel alio Ordine Regulari, si ita expedire judicaverit. *ibid.* p. 217. per tot.

Item pro Monialibus peculiaribus, quibus in gravi infirmitate a Prælato Regulari denegatus fuerit Confessarius extra Ordinem. *ibid.* pag. 216. col. 1.

Similiter pro iis, quæ insuperabili reluctancia affectæ sunt erga Confessarium Ordinarium. *ibid.* col. 2.

Episcopus in deputandis Confessariis extra Ordinem pro Monasteriis, aut Monialibus sibi non immediate subiectis, in casibus sibi permisis, non tenetur eos eligere ex eo Ordine, cujus est Monasterii Prælati. *ib.* pag. 217. col. 2.

Episcopis Pontifex suadet, ut nimis difficiles non sint in concedendo Confessarios Extraordinarios Monasteriis, & Monialibus sibi subiectis id juste petentibus, etiam ultra præscriptum in Concilio Tridentino. *ibid.*

Item, ut regulam statutam pro Monasteriis Monialium in rigorosa Claustrum viventium, similiter servent, quoad Conservatoria, Domos, Monasteria sine Claustris. *ib.* pag. 215. col. 1. & 2.

Episcoporum olim privatium jus erat Benedictionem super populum impartiri. XLVIII. p. 183. col. 2.

Episcopo licet in tota Diocesi, & locis ipsius etiam exemptis populo benedicere. *ib.* col. 1.

Episcopo tantum de jure competit Benedictionem trino ductu impartiri. *ib.* col. 2. **V. Abbas.**

Episcopi in his, quæ pertinet ad Missarum celebrationem procedere possunt contra quoscumque etiam exemptos, tamquam delegati Sedis. XVII. p. 77. col. 1.

Episcopus concedere nequit licentiam iterandi Sacramentum sine gravi necessitate. III. pagin. 10. col. 1.

Ad Episcopum spectat licentiam concedere, ut Sanctissimum Sacramentum publice exponatur. V. p. 16. col. 2. seqq.

Episcopis ampliatum facultas impertiendi Benedictionem auctoritate Apostolica cum Indulgentia Plenaria fidelibus in mortis articulo constitutis. XXXIV. p. 129. col. 2.

Et adicitur facultas subdelegandi Sacerdotes tam in Civitatibus, quam in Diocesis, qui eam applicare valeant etiam de die. *ibidem.* pag. 130. col. 2.

Episcopus tenetur sequi iudicium Patroni Ecclesiastici in electione dignioris inter approbatos ab Examinatoribus, si nemo adversus Patroni iudicium reclamet. IV. p. 11. seqq.

Contra vero, si inter approbatos ab Examinatoribus sit, qui reclamet a prælectione Patroni. *ibid.* p. 12. seqq.

Episcopus denegare nequit Clero, atque etiam Canonico, & Parocho, licentiam ingrediendi Religionem. XXV. p. 80. col. 1.

Episcopus juxta Innocentii IV. sententiam revocare potest Secularem Clericum a Claustris Religiosis, quando Ecclesia ex illius digressu gravius lædatur. XXV. p. 79. col. 2.

Episcopus quomodo providere debeat Animarum curam, dum Parochus Religionem ingressus nondum professionem emisit. pag. 80. col. 1. & 2.

Quomodo etiam quoad Beneficia Choralia. *ib.*

Episcopi procedere possunt, & debent adversus Confessarios exquirentes a Penitentibus complicitate nomina, nisi in iplo delicto de pravo dogmate suspecti sint. VIII. p. 27. col. 2.

Episcopi Ecclesiasticæ Ditionis, quibus honoribus prosequendi sunt a Gubernatoribus Prælati, Vicelegatis, & Præsidibus Provincialium. V. Append. tom. I. n. II. p. 273.

Episcopus electus, & confirmatus consecrationem petere debet intra tres menses, sua pena amittendi fructus, atque etiam Ecclesiam. XXXVI. p. 143. seqq.

Episcopi residentes in suis Diocesisbus a Sancta Sede beneficiis cumulatur. XVIII. p. 79. col. 1.

Episcopi, etiam Cardinales, Residentiæ lege tenentur

tur. *ibidem.* p. 63. col. 1. & XXXVI. p. 141.

Episcopus non licet abesse ab Ecclesia per tempora Adventus, Quadragesimæ &c. XVIII. p. 60. col. 2.

Nisi forte eos Episcopalia munia in aliis Diocesis locis detineant. *ib.*

Episcopi post eorum promotionem, transacto mense, ad suam quisque Diocesim se conferre tenentur. *ibid.*

Episcopi ratione visitationis Sacrorum Liminum quanto tempore a suis Diocesisbus abesse possint. *ibid.*

Episcopi postulantibus licentiam abessendi a propriis Ecclesiis causa infalubritatis aeris, quid præcipiantur. *ib.* p. 62. col. 1.

Quid petentibus hujusmodi licentiam aliis de causis. *ib.* p. 61. col. 2. & 137. col. 1.

Episcopi qua forma, & quibus cautelis concedi debeat licentia abessendi a propriis Diocesisbus, *ib.* p. 61. col. 2. & seqq.

V. Residentia.

Episcopi denunciare debent alios Episcopos non Residentes. *ibid.* p. 62. col. 2.

Episcoporum onera, & officia diversi generis enumerantur. XXXIV. p. 130. col. 2. seqq.

Episcopus juxta Tridentinam Synodum quotannis si non totam saltem aliquam suæ Diocesis partem lustrare tenetur. *ibid.*

Episcopi Ecclesiarum suarum relationes qua methodo exhibere debeant Congregationi Concilii. V. Append. tom. I. num. I. p. 271. seqq.

Episcopus Pontifex admonet, ut ad ægrotos personaliter accedant, benedictionem cum Indulgentia Plenaria in articulo mortis eisdem collantur. XXXIV. p. 131. col. 2.

Episcopus vehementer hortatur Pontifex ad exercenda publice pia opera, præcipue bacchanaliorum tempore XLV. p. 173.

Utque eo tempore Sanctissimum Sacramentum per triduum exponi publice curent. *ib.*

Ideoque Fidelibus visitantibus Sanctissimum Sacramentum Pontifex concedit Indulgentiam Plenariam. *ib.* p. 174.

Episcopi in remotis degentibus, quæ facultates conceduntur a Sancta Sede circa Dispensationes Matrimoniales. LIX. p. 222. col. 2. seqq.

Hi tamen in eorum confessione mentionem facere tenentur de facultate a Sede Apostolica sibi imperita, sub pena nullitatis. *ibid.* p. 223. col. 1. seqq.

V. Dispensatio.

Episcopus duarum Ecclesiarum unjarum, an die Coræ Domini possit in utraque Missam celebrare. III. p. 9. col. 1.

Episcopi Suffraganei, annua præstatione super Mensa Episcopali ipsis constituta, provideri debent de congrua sustentatione. XXXVI. p. 159.

Episcopi Titulares valide, sed illicite Ordines conferunt sine licentia Ordinarii in cujus Diocesi degunt. *ib.* p. 141. seqq.

Episcopus Titularis jurisdictionem exercere potest in Subditos Ecclesiæ sibi assignatæ, si ad Christianam Religionem convertantur. *ibidem.* pag. 142.

Episcopi quamplurimi imminutionem dierum Festorum a Pontifice postularunt. LXIII. pag. 239. col. 2.

Et plurimum consilia Pontifex exquisivit super substantia, & modo hujusmodi reductionis. *ib.*

V. Fæsi dies.

De **EPISCOPI LAURETANI** jurisdictione in concursu Gubernatoris, Decreta edita, & dubia resoluta. V. Append. tom. I. num. III. pag. 276. seqq.

EQUITES S. STEPHANI V. S. Stephani.

ERRORES circa dogmata nondum ab Ecclesia definita, excusandi sunt, & non officium Sanctitatis, de qua aliunde constat. LIX. §. 31. pag. 221. col. 2.

EUCHARISTIE *expositio* non exigitur pro lucrandis Indulgentiis, visitantibus Ecclesiam concessis. V. pag. 14. col. 2.

Requiritur vero, quando id injungitur in concessione Indulgentiæ, ut in Oratione 40. horarum. *ibid.*

Sed fieri non debet absque Episcopi licentia. *ib.*

An sit conveniens hujusmodi expositionis frequens usus. *ib.* p. 15. col. 1.

Eucharistia in Azymo. V. *Azimum* V. *Fermentatum.*

Euthychetis hæresis quando Sedem Antiochenam invaserit. V. Append. tom. I. num. VI. pag. 283. col. 1.

EXAMINI Diocesani Episcopi ante Ordinationem subijci debent etiam Regulares. XXVII. p. 83. col. 1.

Examen Reorum Inquisitorum, qui in carceribus Urbis detinentur, differri non debet ultra tres dies, nisi de licentia Capituli Tribunalis, sublata cuilibet Ministro inferiori facultate aliter permittendi. XLIV. p. 169. col. 1.

Ideoque ad protrahendum examen requiritur causa gravis. *ib.*

Licentia autem dari non debet generalis pro tempore indefinito, sed pro certis necessariis diebus dumtaxat. *ibid.*

Examen Operum Ven. Sororis Mariæ a Jesu de Agreda. V. *De Agreda.*

EXEMPTIO a jurisdictione Ordinariarum non præsumitur, sed concludenter probari debet. XL. p. 155. col. 1.

Exemptio a jurisdictione Episcopi non probatur per enunciativas expressiones. *ib.* pag. 157. col. 2.

Exemptio omnimoda a jurisdictione, correctione, & emendatione Ordinarii, non potest concedi ab ipsomet Ordinario, sed a plenitudine dumtaxat Apostolicæ potestatis concedi potest. *ibid.* p. 154. col. 1.

V. Ordinarius.

Exemptio ab Episcopi jurisdictione Monasterio tribui non potest a Fundatoribus sine Diocesani Episcopi consensu. *ibid.* p. 156. col. 1.

Exemptio licet a Romanis Pontificibus ex potestate absoluta, etiam sine consensu Episcopi concedi possit Monasteriis, tamen Episcoporum consensum ante concessionem querere consueverunt. *ib.* p. 156. col. 1. & 2.

Exemptionis concedendæ formula, quæ ab octavo usque sæculo in usa erat, refertur. *ibid.* col. 2.

Exemptiones Monasteriis, aliisque locis sacris a jurisdictione Episcoporum, & Ecclesiis Cathedralibus a Metropolitanorum jure, plerumque a Sede Apostolica concessæ sunt propter Præsentium infestationes. S. Gregorius VII. in Epistola ad Episcopum Taurinensem. *ib.*

Simul tamen hujusmodi Monasteria, & Ecclesiæ sub immediata jurisdictione Sedis Apostolicæ constituta sunt. *ib.*

Exemptio ab ordinaria, & spirituali Episcopi jurisdictione non inferitur ex concessione inamunitatis a potestate seculari. *ib.* pagin. 155. col. 1. & 2.

Exemptio Monasterii a jurisdictione ordinaria Episcopi non inducitur ex facultate eligendi Abbatem. *ib.* col. 2. & p. 156. col. 1.

Item non ex libertate eligendi Advocatum, & Defensorem. *ib.*

Aur ex facultate illum dimittendi. *ibid.* col. 2.

Exempti ab Ordinariarum jurisdictione Apostolicæ Sedi immediate submitti debent, ut colligitur ex Constitutionibus Nicolai IV. *ib.* pagin. 156. col. 2.

Exempti a jurisdictione Episcopi non sunt, qui Apostolicas dumtaxat protectiones obtinent. *ib.* p. 154. col. 1.

Item, qui Privilegia obtinuerunt, ne censuris irretiri possint sine mandato Sedis Apostolicæ. *ibid.* col. 1.

Exemptio ab ordinaria Episcopi jurisdictione ex solutione census Apostolicæ Sedi minime concludi potest. *ib.*

Si enim census solvitur titulo tantum protectionis, nihil detrahit jurisdictioni Episcopi. *ib.* pag. 157. col. 1.

Secus ubi solvitur ratione libertatis, & exemptionis. *ibid.*
 Exemptio non inducitur ex facultate condendi statuta, & coercendi contumaces. *ib.*
 Exemptionem non inducunt Privilegia honoris; ex gr. usus Pontificalium. *ib.*
 Exemptionem non inducunt Privilegia recipiendi Ordines a quocumque. *ib.*
 Maxime si Privilegium datum apparat in odium Episcopi fordidam lucra captantis e rebus sacris. *ibid.*
 Exemptionem non probant Imperialia Diplomata Privilegiorum Apostolicorum confirmatoria, nisi quatenus in ipsis Apostolicis Privilegiis contineri conspiciuntur. *ib.* p. 158. col. 1.
 Exemptio passiva valde differt a jurisdictione activa in Clerum, & Populum. XXXIII. p. 126. col. 2. & 127. col. 1. V. *Jurisdic.*
 V. *Crypte Ferrate Monasterium.*
 V. *Territorium separatim.*
EXPOSITI. V. *Profecti.*
EXTRACTIO Segetum, Animalium, Lignorum de una in aliam Provinciam, Legationem, aut Civitatem Status Ecclesiastici, sub certis legibus permittitur omnibus, etiam non subditis in perpetuum. LIII. p. 190. col. 2.
 Inquisitiones, & processus pendentes, sicut etiam sententiae latae, sed nondum executioni traditae adversus extractores segetum &c. de loco ad locum Status Ecclesiastici, annullantur, & irritantur. *ib.* p. 191. col. 1. & 2.
 Et quoad triticum, aliasque segetes, quae mense Junio colliguntur, libertas commercii de Provincia in Provinciam permittitur ab initio Septembris ad finem Maii. *ib.* p. 192. col. 2.
 Quo vero ad eas, quae serius leguntur, permittitur ab initio Octobris ad finem Junii. *ib.*
 Interdicta quibuslibet, etiam privilegiatis, eorumque generum extractio a Provincia per tres menses respective intermedio. *ib.*
 Et sublata cuilibet facultate concedendi licentiam extrahendi. *ib.*
 Quod tamen non procedit quoad extractionem de loco ad locum ejusdem Provinciae. *ib.* p. 193. col. 1.
 Extractio segetum, farinae, & olei extra Statum Ecclesiasticum sine speciali Chirographo Papae prohibetur sub gravissimis poenis, sublata cuilibet facultate concedendi licentiam extrahendi. *ibid.*
 Quo vero ad alias res mobiles, aut semoventes, remittitur arbitrio Legatorum, Praesidum, & Gubernatorum Provinciarum. *ib.*
 Extractio segetum, aliorumque per aquam, etiam si directa dicatur ad alia loca Ditionis Ecclesiasticae, nisi fiat cum praescriptis cautelis, reputanda erit pro extractione a Statu, & statutis poenis puniendae. *ib.*
 Extractio cujusque rei de Provincia ad Provinciam quocumque tempore; atque etiam extra Statum Ecclesiasticum, permittitur pauperibus, qui spicas a Messoribus relictas colligunt. *ib.*
 Idem Mercenariis, quibus pro mercede datur frumentum, vel quid simile. *ib.* col. 2.
 Mendicantibus, qui Eleemosynam loco, & pro victu Caenobii ea colligunt. *ib.*
 Ac denique iis, qui pro edulis ad fora delatis, ex loco pretii recipiunt. *ib.*

F

FALSARIORUM malitia cavenda est Literarum Apostolicarum executoribus. LI. pag. 189. col. 2.
FALSITAS in pluribus antiquis exemptionum Privilegiis reperta. XL. p. 155. col. 1.
FAMILIARUM in Civium Nobilium Romanorum Tabulis admissarum nomina. V. *append. tom. I. num. X. p. 292.*
FARFENSIS Abbatia ab Urbano VIII. singularibus Privilegiis, honoribus, & praerogativis cu-

mulata fuit. XXXII. pagina 120. columna 1. Farfen. Abbatiae jurisdictionis nimis ampla, & extenta intra alienas Dioeceses reperitur, ex eoque plura inconvenientia, & lites ortum habuerunt. *ibidem.*

Ex Farfensis Abbatis jurisdictione Ecclesiae, Monasteria, Oppida, & Loca Pia in variis Dioecesibus existentia dismembrantur; eaque Dioecesanorum jurisdictioni subiciuntur. XXXII. p. 121. col. 2. seqq.

Hujusmodi dismembratio ampliatur per schedulam postea editam. *ib.* p. 201. col. 2.

Dismembratio etiam plurimum locorum, & Ecclesiarum a Gregorio XIII. facta favore Archiepiscopus Firmani confirmatur. XXXII. p. 121. col. 1.

Abbati tamen reservantur jura Patronatus Ecclesiastici in Ecclesiis, & Beneficiis dismembrata. *ib.* p. 123. col. 1.

Si Abbas fuerit S. R. E. Cardinalis, in mensibus aliis non reservatis, nominabit eorum Ordinarius; in mensibus vero reservatis, seu in casibus aliarum reservationum, & affectionum, nominabit eorum Pontifice. *ib.*

FARINAE extractio de loco ad locum, de Provincia ad Provinciam Status Ecclesiastici, ac denique extra ipsum Statum, quomodo, & quando permittatur. LIII. p. 192. col. 1. seqq.

FERRARIE Ducatus eo Privilegio gaudet, ut bona de directo Dominio Camerae ab utilibus Possessoribus alienari possint per contractus inter vivos, de consensu tamen ipsius Camerae. L. pag. 186. col. 2.

FESTORUM dierum solemnitates, quo Religionis spiritu a Fidelibus celebrandae sint. LXV. p. 236. col. 1. & 2.

Festorum dierum imminutio ab Urbano VIII. olim facta. LXIII. p. 231. col. 1.

Nova eorumdem imminutio a multis Episcopis, aliisque gravibus Viris optata. *ib.*

Pontifex nihil decreturus sine consilio, rationes in utramque partem colligit, & varios illius exequendae modos demonstrat in peculiari Dissertatione, quae per Ecclesias transmittitur. *ibid.* col. 2.

Acceptis quadraginta diversi Ordinis Consultorum sententis, ex confessione majoris partis nihil generaliter praecipere statuit, sed peculiarem Episcoporum instantiam expectare. *ibid.* pag. 232. col. 1.

Modum vero illum sibi servandum proponit, quem Tarraconensis Concilii Patres excogitarunt, ipsique potentibus Benedictus XIII. approbavit. *ibid.* col. 2.

scilicet firmum remaneat preceptum audiendi Missam, sed liceat in aliquibus Festis laboriosa opera exercere. *ib.*

Diffensiones inter doctos Viros diversa sententiae exortae, cum in Ecclesiasticae pacis perturbationem vergerent, a Pontifice sedantur; interdicta Scriptorum quorumque publicatione super hujusmodi reductionis negotio. *ibidem.* pag. 233. col. 2.

Festorum aliquot dierum observantia in Regno Siciliae citra Pharam, & in Dioecesibus Messanenae, & Panormitanae reducitur juxta methodum supra expositam. LXV. p. 235. col. 2.

Festis diebus personatos necedere fideles in universa Ditione Ecclesiastica prohibetur. XLV. p. 171. col. 2.

Item circumforaneos saltatores, scurriones, & hujusmodi saltem matutinis horis, & ante expleta Officia Vespertina populum detinere vetantur. *ibid.* p. 172. seqq.

FEUDUM. V. *Bona Camerae Apostolicae.*

S. FIDELIS a Sigmaringa Sacerdotis Professi Ordinis S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Canonizatio. XI. p. 30. col. 2. seqq.

Ortus illius in Constantiensi Dioecesi. *ib.*

Ejus

Ejus virtutes. pag. 31. col. 2.

Martyrium. p. 32. col. 2.

Beatificatio. p. 34. col. 1.

Canonizationis Decretum. p. 35. col. 1. & 2.

Pro B. Fidelis a Sigmaringa Canonizatione Orationes Christianiores. Append. num. I. pag. 250. seqq.

FIDEI Christianae Favor, Legum rigori congruas interpretationes adhiberi suadet. XXXVIII. pag. 89.**FILIUS** an ingredi possit Religionem, cum Parentes ab ipso deserti inopia sint laboraturi. XXV. p. 79. col. 1.

Filii in potestate sunt Patris, non vero Matris. XXVIII. §. 15. p. 89.

Ubi tamen Fidei Christianae favor intercedit, potest Mater, invito Patre, filios ad Baptismum offerre. *ib.* §. 16. p. 90.V. *Baptismus.*Filii Judaeorum in Parentum potestate sunt. *ibid.* §. 9. p. 87.Non ideo tamen ipsi relinqui debent, quando constat baptizatos fuisse, etiam illicite. *ibid.* §. 30. pag. 95.V. *Judaei.***FIRMANE** Civitatis Comitatus, & Castrorum Gubernium tam politicum, quam economicum ad Congregationem Firmanam nuncupatum, privative spectare decernitur. XIX. per tot. p. 64. col. 1. & 2.Ejusdem Congregationis forma a Pontifice instauratur. *ib.* col. 1.Eidem tribuuntur facultates, quae circa reliquam Ditionem Ecclesiasticam competunt Congregationibus Sac. Consultationis, & Boni Regiminis. *ib.* p. 65. col. 1.Ejus autem Secretario interdicitur Decreta definitiva interponere sine Congregationis assensu. *ib.* p. 65. col. 2.**Firmani Archiepiscopi** jurisdictioni subiciuntur plures Ecclesiae, & loca intra ipsius Dioecesis fines constituta, quae olim Abbatibus Farfensibus jurisdictioni subiecta erant. XXXII. p. 199. col. 2.Eidem tamen Abbati praeservatur collatio Beneficiorum in hujusmodi Ecclesiis existentium, ad quae scilicet ipse, tamquam Patronus Ecclesiasticus, praesentabit, Archiepiscopus vero Institutionem concedet. *ib.* pag. 122. col. 2. & 123. col. 1.Archiepiscopus tamen plenum jus conferendi jure ordinario obtinebit quoad Ecclesias, & loca a Gregorio XIII. olim ab eadem Abbatia Farfen. dismembrata. *ib.***FLUMINIS JANUARI** Dioecesis in quinque partes dividitur, & una earum antiquo Episcopatu relicta, ex aliis duo Episcopatus, & totidem Praeturae eriguntur. XXII. p. 71. col. 2.**FOEMININUM** genus sub masculino comprehensum censetur in legibus, ubi ratio legis aequae procedit pro Masculinis, ac pro Foeminis. XLVII. p. 179. col. 2.**FORMULA** Benedictionis cum Indulgentia Plenaria super populum impertienda a Regularibus, legitimam ad id facultatem habentibus. XLVIII. p. 184. col. 1.Formula Benedictionis cum Indulgentia Plenaria in *Articulo Mortis* impertienda auctoritate Apostolica. XXXIV. p. 132. col. 2.

Formula benedicendi Pallia Archiepiscopalia in Vigilia SS. Apostolorum Petri, & Pauli. LX. pag. 225. col. 2.

Formulae, quibus concipiuntur literae Dispensationum Apostolicarum pro Regionibus, in quibus Catholici cum haereticis mixti habitant. LI. pag. 188. col. 2.

Item formulae pro literis Dispensationis super defectu aetatis. *ib.* p. 189. col. 1. & 2.

Formulae, quibus uti consuevit Sedes Apostolica, cum locum aliquem, seu Monasterium ab ordinaria jurisdictione Episcopi Dioecesanii totaliter eximeret intendit. XI. p. 157. col. 2.

Formula *juramenti* praestandi a Procuratoribus Archiepiscoporum, & aliorum, quibus a Summo Pontifice Pallium conceditur. LX. p. 225. col. 2.

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. II.

Formula juramenti praestandi ab Alumnis Missionarii Seminarii Ordinis Praedicatorum in Monte Mario. LVII. p. 226. col. 1.

FRANCANDI facultas, circa domus, & areas in Civitate Centumcellarum ad directum Ecclesiarum, aliorumque dominium spectantes conceditur Gubernatori cum opportuno legibus, & conditionibus. XXXIX. p. 154. col. 1.**S. FRANCISCUS SALESIIUS** non solum quater in anno indulgebat Monialibus Confessarium Extraordinarium; verum etiam eorum pro tempore Superioribus commendatum reliquit, ut singulis Monialibus, quae iustis de causis Confessarium Extraordinarium peterent, haud se difficiles in eo concedendo praebent. LVI. p. 116. col. 1.Eisdem sensus fovebat Card. Barbadicus. *ib.*

G

GALLICANAE Ecclesiae veteres Ritus, Graecis antiquatis, in Siciliam inventi fuerunt sub Roberto Duce, & Comite Rogerio. XXIX. p. 113.Gallo-Siculum Officii Divini Breviarium a Matthaeo Caldo reformatum Anno 1527. *ib.***GANZANIGUM.** V. *Medicina.***S. GELASII** PAPE Decretum de Libris Apocryphis, non ita intelligendum, ut Canonicos Libros dumtaxat a non inspiratis discernat; sed ut aliquam etiam sive facultatis, sive erroris censuram inuratur Libris, quos inter Apocryphos rejicit. LIV. §. 29. p. 200.**GOJASIIENSIS** Praetura erigitur ex divisione Dioecesis Fluminis Januarii. XXII. p. 71. col. 1.**GOTTI VINCENTIUS** primum a Benedicto XIII. Cardinalis creatus, dein Episcopus Ecclesiae in partibus infidelium sitae consecratus fuit. XXXVI. p. 142.**GRECA** Lingua legitur Evangelium, & Epistola in Missa Pontificali Papae. XXXIII. pagina 127. col. 1.Id olim fiebat per Monachos Basilianos Cryptae Ferratae, donec ad Alumnos Collegii Graeci munus istud translatum est. *ibidem.***GRAECI** sine ulla proprii Ritus detrimento Latinarum Anstium jurisdictioni subfunt. *ib.* col. 2.**GRAECI RITUS** in Sicilia obtinuerunt a saeculo VIII. usque ad adventum Principum Normannorum, qui ejectis Saracenis, Divinum cultum restaurarunt juxta Ritus Ecclesiae Gallicanae. XXXIX. p. 112.**S. GREGORIUS MAGNUS** Episcopo Viennensi scribit de Clerico non retrahendo a suscepto Monasticae Vitae instituto. XXV. pag. 78. col. 1. seqq.Item Imperatori Mauritio, de non prohibendo Militibus ingressu in Religionem. *ibid.* pag. 81. col. 2.**GREGORII** XIII. constitutio de publicandis Beneficiorum resignationibus. X. p. 29. col. 1.

Gregorius XIII. Martyrologii Romani correctionem fieri curavit. LIV. p. 195. col. 2.

GUADAGNI Joannes Antonius Cardinalis laudatur. XXXIII. p. 126. col. 1.**GUBERNATORI** Urbis S. R. E. Vice-Camerario concessum est Rocchettum per Urbem deferre, & lemniscos nigros equorum capiti appensos habere. V. *Append. tom. I. num. V. p. 284.*

Gubernatoris Urbis Tribunal certo Judicium, & Notariorum numero constare debet, quibus omnibus certa emolumenta assignantur. XLIV. p. 165. col. 2.

Iisdem certa summa annua tribuitur pro expensis commissionum, ex qua siquid reliquum fuerit in fine Anni, inter omnes equaliter dividendum erit. *ib.* p. 168. col. 1.

Gubernatori Urbis prohibetur ullum Judicem, Notarium, aut Substitutum admittere supra numerum a Pontifice statutum. XLIV. pag. 167. columna 2.

Gubernator Urbis Cibaria taxare debet pro Judicibus, & Notariis ad Commissiones procedentibus. *ib.* p. 168. col. 2.

M m

Idem